



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 8. Jodocus Clichtoveus mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI. cum testatus est. Tandem die vigesi.  
A. C. 1543. ma septima Novembris anno post Chri-

stum natum millesimo quingentesimo  
quadragesimo tertio Genuæ mortalita-  
tem exuit, illiusque funus curarunt tres  
eius filii, Lucas, Joannes Baptista &  
Antonius. Exstant adhuc quædam e-  
pistolæ Cardinalis Cortesii ad Grimal-  
dum scriptæ, in quibus maxime elucet,  
quod hic Cardinalis ob suam integrita-  
tem animique candorem plurimum fue-  
rit commendandus, cum ita sincere  
suam semper sententiam declarasset,  
quin unquam in Christiana prudentia  
desiceret. Referunt nonnulli, quod  
Albiganensem Ecclesiam Episcopus gu-  
bernaverit.

### §. VIII.

#### *Jodocus Clichtoveus mortuus.*

*Valere Au-  
dre in Bibl.  
Belg.  
Le Mire de  
Script. Sæc.  
XVI.,  
Dupin Bibl.  
des Aut. t. 14.  
p. 162.* **H**oc item anno mors quibusdam Scri-  
ptoribus Ecclesiasticis calamos ex-  
cussit, quos inter præcipue numeran-  
tur Jodocus Clichtoveus Neoportuensis  
Flander inter ævi sui Scriptores Pole-  
micos facile princeps. Hic studiorum  
curriculo non sine ingenti progressu Lo-  
vanii emenso, Lutetiam Parisiorum ve-  
nit, ubi in Collegio Joannis Cardinalis  
cognomento Monaci sub magisterio Ja-  
cobri Fabri Stapulensis primo Philoso-  
phiæ, postea Theologiæ operam tam  
stre-

---

Sæc. XVI.  
A.C. 1543.

strenue dedit, ut anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo sexto mense Novembri Navarrici Collegii Doctor crearetur, ubi Philosophiam publice tradidit, relicto autem Collegio hoc Ambasæ Cardinalis Nepotes literis imbuit, postquam vero circa annum Domini millesimum quingentesimum decimum tertium ad Collegium redierat, haud diu ibidem substitit, utpote in Flandriam evocatus, ut ibidem Tornacensis Ecclesiæ ad S. Jacobum Parochus esset, progressu tamen temporis Carnutensis Ecclesiæ Canonicus nominatus fuit, ac cum summa eloquentiæ laude sacras conciones habuit, vitæque probitate non minus ac sermonibus suis ad inspirandam pietatem compositis populis exemplo fuit, quamvis ceteroquin vocem oppido tenuem haberet. Is primus fuit ex Parisiensibus Theologis, qui Lutherum impugnarunt, unde Ludovicus Gaillardus Carnutensis Episcopus, qui olim illius fuit discipulus, eumque Ecclesiæ suæ Canonicum creavit, postmodum eidem procuravit S. Andreæ Decanatum in eadem urbe, ubi etiam feria secunda die vigesima secunda Septembris anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo tertio fatis cessit. Sepultum est corpus ejus in eadem Ecclesia ad S. Andream,

ubi

Sæcul. XVI ubi hodie dum sepulcralis illius inscri-  
A. C. 1543. ptio legitur. Porro Clichtoveus con-  
 dito testamento sanxerat, ut omnes ejus  
 facultates ad quosdam juvenes patria  
 Neoportuenses in literis erudiendos im-  
 penderentur.

## §. IX.

*Hujus Scriptoris Opera.*

*Dupin. l.c.* *Hic* idem Auctor plura ingenii sui mo-  
*Possevin. in* numenta posteris reliquit, inter  
*Bibl.* quæ præcipue numerantur I. *Elucida-*  
*torium Ecclesiasticum*, II. *Propugnaculum*  
*Ecclesiæ*, III. tres libri commentarii ab  
 eo inscripti: *Anti-Lutherus*, IV. tracta-  
 tus de Sacramento Eucharistiæ, V. de  
 Sacrificio Missæ, VI. tractatus de vita  
 & moribus Sacerdotum, VII. de Cul-  
 tu Sanctorum. VIII. Scripsit etiam  
 præfationem ad Fabri Stapulensis tra-  
 ctatum de tribus Magdalenis unacum e-  
 jusdem operis apologia. IX. Eidem  
 adscribuntur duo libri, quorum unus de  
 puritate B. Virginis, alter vero *de ejus*  
*doloribus in passione Filii sui*, *de illius præ-*  
*sentia ad Crucem*, & *de ejusdem Assumptio-*  
*ne atque Annuntiatione* agit. X. Ab eo  
 quoque compositus fuit tractatus *de ne-*  
*cessitate peccati Adæ*, XI. liber de doctri-  
 na bene moriendi, XII. variæ disserta-  
 tiones de Nobilitate, XIII. de Regis  
 officio, XIV. de bello & pace, XV.  
 de